

JN cuius rei testimonium, vna cum sigillis, venerabilis Patris Domini Johannis dei gracia electi vpsalensis, & Domini Nicholai decani eiusdem ecclesie & Conuentus sanctimonialium in sco, & fratris Jsraelis siktunensis lectoris, sigillum meum presentibus est appensum. Datum Siktunie, Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Primo JN Crastino Beati Eriici Regis Et Martÿris.

Sigillen N:o 1, 2, 3 skadade; N:o 4 nästan bortfallet.

1050.

1291. d. 12 Juni.

Linköping.

Dom-Capitlets i Linköping skrifvelse till Dom-Capitlet i Upsala rörande förrättadt Biskopsval.

A. 3. o. 1. 20.

Reuerendis dominis & honestis preposito & capitulo ecclesie vpsalensis. Capitulum lincopense debita honoris reuerencia cum salute. Sacris canonibus nouimus esse cautum, vt ultra tres menses pontifice proprio non vacet ecclesia cathedralis ne pro defectu pastoris dominicum gregem lupo rapax invadat aut viduata ecclesia in suis facultatibus graue dispendium paciatur. Ea propter bone memorie benedicto episcopo nostro lincopensi anno domini. M°.CC°.XC. primo octauo kalendas iunii sicut deo placuit viam vniuerse carnis ingresso corporeque presens prout moris est ecclesiastice reuerenter tradito sepulture. Nos prepositus & canonici lincopenses conuenientes in vnum ad tractandum de die electionis futuri pontificis faciende terminum vigiliam pentecostes duximus statuendum. Citatis igitur interim & tunc presentibus omnibus qui electioni celebrande debuerint voluerint & potuerunt commode interesse diem electionis celebrande terciam feriam pentecostes prefiximus qua quidem die in capitulo nostro nos recepimus de electione futuri pontificis sicut duximus tractaturi. Sane post diuersos tractatus inter nos habitos & nominaciones diuersarum personarum simplices ac discussiones & inquisitiones multiplices tandem placuit nobis Vniuersis & singulis per viam compromissi nostre viduate ecclesie prouidere, considerantes difficulter multitudinem in vnum conuenire & sepe in paucos potius spiritum consilii sanioris venire dedimusque plenam & liberam vnanimiter potestatem dominis birgero iohanni & haquino viris fidedignis concanonice nostris vt quemque hii tres simul uel duo ipsorum de se uel aliis de gremio tamen ipsius ecclesie nobis & dicte ecclesie nostre eligerent sine contradictione qualibet in prelatum haberemus & pastorem Qui secedentes in partem & spiritum sanctum invocantes deuote prout nobis postmodum retulerunt deliberacione ac examinacione inter se habita diligenti tandem in dominum laurencium eiusdem ecclesie prepositum concorditer

conuenerunt virum vtique plene & mature etatis vtpote qui iam tricesimum annum etatis sue exegit virumque sufficientem & ydoneum de matrimonio legitimo susceptum & in sacris ordinibus constitutum morum uita & litterarum sciencia commendandum. electionem vero predictus dominus birgerus puplicauit hoc modo. In nomine patris & filii & spiritus sancti amen. Anno domini. M°.CC°.XC primo secundo ydus iunii Ego birgerus canonicus lincopensis de voluntate & consensu dominorum iohannis & haquini canonicorum & collegarum meorum in quos compromissum fuit vnanimiter a capitulo nostro & in quos potestatem prouidendi ecclesie nostre de pastore transtulerunt vice mea & ipsorum & omnium aliorum in electione ius habencium & hic presencium ex auctoritate & potestate supradicta mihi & collegis meis concessa inuocatus spiritus sancti gracia dominum .i. prepositum ecclesie nostre in quem ego & dicti domini Johannes & haquinus conuenimus in episcopum ecclesie lincopensis eligo & pastorem & ipsam electionem in hiis scriptis puplico solempniter in communi. actum anno loco die & tempore supradictis. Dictam uero electionem sic canonice & solempniter celebratam & puplicatam in communi omnes vnanimiter recepimus & approbauimus te deum laudamus more solito cum cordis iubilo decantando Idem uero electus electionem huiusmodi eadam die sibi presentatam licet ex humilitate se insufficientem & indignum asserens multipliciter excusaret nobis tamen vehementer instantibus timens diuinis dispositionibus contraire diuine uocacioni ceruicem cordis humilians invocato diuine pietatis auxilio die supradicta humiliter votis fratrum assenciendum duxit non tam timide quam deuote electionem ipsam officium honusque impositum vt prodesse valeat suscipiens & acceptans. vestre igitur prouidencie. & discretioni humiliter supplicamus vt electionem supradictam dignemini confirmare ecclesieque vestre suffraganeis per vestras patentes litteras demandare quatinus eidem electo nostro munus consecracionis per sacram manuum impositionem velint & debeant impendere cum primum super hoc fuerint requisiti. hoc autem canonicum decretum vobis mittimus roboratum propriis manibus & subscriptum prout sequitur. Ego birgerus canonicus lincopensis supradictis omnibus & singulis interfui consensi & consencio ac manu propria subscribo & sigillum meum appono :+ Ego iohannes canonicus lincopensis supradictis omnibus & singulis interfui consensi & consencio ac propria manu subscribo & sigillum meum appono :+ Ego haquinus canonicus lincopensis supradictis omnibus & singulis interfui consensi & consencio ac manu propria subscribo & sigillum meum Appono Ego bozo canonicus lincopensis supradictis consensi & consencio ac propria manu subscribo & sigillum meum appono .^ Ego ericus canonicus lincopensis supradictis consensi & consencio ac propria manu subscribo

& sigillum meum appono :ø: ad maiorem autem predictorum evidenciam sigillum capituli nostri vna cum sigillis nostris presentibus est appensum. actum vt supra. &c.

Alla sex sigillen äro bortfallne, men pergamentsremsorna kvar.

1051.

1291. d. 28 Aug.

Westerås.

Predikare-Ordens vid hållet provincialmöte i Westerås hos Svenska Kongl. Rådet gjorda anhållan att Ordens i Skeninge genom vådeld nödställda bröder till understöd måtte, icke såsom skyldig utlaga, utan såsom frivillig gåfva eller almosa, äfven framdeles förunnas den andel af fattigtionen, som de tillförne fått tillgodonjuta.

B. 3. 49.

URIS venerabilibus & discretis omnibus in consilio domini Regis swe-  
cie constitutis. Fratres ordinis predicatorum Q. prior prouincialis & difini-  
tores prouincialis capituli apud westraaross celebrati oracionum suarum de-  
uotum seruicium cum salute Quoniam fratres ordinis nostri de skeningia tam  
propter vastacionem incendij precedentem quam propter earistiam iam in-  
stantem plus solito artantur inopia ita quod non sustentari queant commo-  
de nec ecclesiam aut alia edificia vsibus suis oportuna sine christifidelium  
piis auxiliis sufficiunt consummare, excellencie vestre deuote & humiliter  
supplicamur quatenus porcionem decime pauperum quam hactenus de ve-  
stra gracia perceperunt eisdem conferre velitis eciam in futurum. Scientes  
quod tam ipsi quam nos & ordinis nostri fratres alij non redditus certos  
aut debitum sed donum pure elemosine esse recognoscimus quicquid ex dicta  
decime porciuncula memoratis fratribus contigerit prouenire In cuius cogni-  
tionis testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda Datum in  
capitulo prouinciali apud westraaross. Anno domini Millesimo CC XC I.  
In octav. assumptionis beate virginis.

1052.

1291. d. 25 Sept.

Rom.

Påfven NICOLAUS IV:s Skrifvelse till Ärke-Biskopen i Upsala att till öfverläggningar rörande  
Heliga landets angelägenheter till möte kalla Presterskapet och genom ombud före nästa  
Kyndelsmässa om dervid fattadt beslut Jemna Apostoliska stolen underrättelse.

A. 1. a. 40.

NICOLAUS episcopus, seruus seruorum Dei. Venerabili fratri.. Archiepi-  
scopo Vpsalensi. salutem et apostolicam benedictionem. Inter cetera conten-  
ta in nostris litteris, quas tibi per venerabilem fratrem nostrum.. Tripolita-  
num